

~~2526~~


1276.

Rozprawa nadwodnościeniem

112

Okalistypia - Druki

dawn 6279



# TENTAMEN

MEDICO - CHIRURGICUM INAUGURALE

TRACTATUM HISTORICUM DE VICARIA PUPILLA

nec non novam medelae adstruenda  
rationem sistens,

QUOD

AD SUMMOS IN MEDICINA HONORES AC PRIVILEGIA  
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDA

CONSENSU MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITERARIA REGIA  
VARSAVIENSI

die — Februarii.

publice defendet

ENILIANUS O. CLEMENS NOWICKI

Magister Medicinae et Chirurgiae

---

V A R S A V I A E

TYPIS JOSEPHI WĘCKI

---

1818.



Ciascuna osservazione vibra dei raggi di luce capaci di spandere un gran lume sopra gli oggetti delle nostre perquisizioni, ma acciochè questi raggi così sparsi possan produrre un effetto vantaggioso, bisogna che siano riuniti in un sol foco.

*Maret, discorso sopra li Anti-Settici.*

1846-1851

RA

V I R O  
OPTIMO ac DOCTISSIMO  
JOHANNI FREYER  
MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI  
PRAESIDI CONSILII SANITATIS SUPREMI REGNI PO<sup>E</sup>  
LONIAE, PROFESSORI MATERIAE MEDICAE, DE-  
CANO FACULTATIS MEDICAE VARSOVIENSIS.  
etc.


*MODERATORI IN AETERNUM VENERANDO.*

Hoc qualemque industriae suaे opuscu-  
lum.

PIA MENTE,  
Ut perenne gratitudinis monumentum.

Sacrum esse voluit.

*DEVINCTUS AUCTOR.*



## T H E S E S

1. Uterus muscularum involuntariorum coetu adnumerandus est.
  2. Alio haemorrhagiae uterinae suppressimuntur & natura modo quam partium aliarum
  3. Quid sit causae haemorrhagiarum occurrentium sub ultimis gestationis mensibus?
  4. Dum haemorrhagia est uteri interna, jurene fit cita punctio membranarum ovi? ut sanguinis lapsus sistatur?
  5. Punctio membranarum ovi facitne ad dilatandum os uteri?
  6. An suadenda sit versio infantis omni in casu dum haemorrhagia interna aegram gravat.
  7. Num frigoris externa administratio evacuata ex utero placenta, durante tamen haemorrhagia convenit?
  8. Amputations post vulnera sclopetaria ante inflammatorii processus initium sunt peragendae.
  9. Morbos vulgo venereos dictos in syphiliticos et venereos dividendos esse autumo.
  10. Morbum quem Coxarthrocace vocant, non semper carie capitis ossis femoris procedere contra opinionem recentem Rusti credo.
  11. Usus hydrargyri in syphilide congruere videtur, in morbo venereo vero saepissime existens fit.
-

## PROOEMION.

Tertius jam abinde volvitur annus, quo  
emensis quam late patent provinciae me-  
dicae spatiis, exantlatisque examinibus,  
favente contigit mihi fortuna fati, ut  
quorum auspiciis laboribusque complu-  
ra ad scientias artesque provehendas in-  
choata maturescerent, spreta hucusque,  
illotisque manibus hominum omni subli-  
miori mentium cultu destitutorum, rele-  
gata nobilis ars Chironis, altiorem eo-  
rum intellectum sibi vindicaverit, inde-  
que qui se arti excolendae dederet ju-  
venis seligeretur, ornatusque singulari  
ephorum educationis publicae benevo-  
lentia et liberalitate extera scientiarum em-  
poria adiret decretum. Et quidem benigna  
evenit sorte omnium mihi primo, princi-  
pes omni perfectione gentes plurimasque  
in Europa locatas arte medendi cele-  
berrimas aedes atque alia utilium artium  
scientiarumque invisere athenaea, data-  
que simul amplissima facultas studiis,

quibus nihil magis in deliciis habui indulgendi. Ecquis non sentiet quo ardore, quave gratitudine munus grave, summamque benignitatem singularem favorem ephorum arripui; alta sane memoria manebit, quem moderatorem praeципuum, beneficiique originem auctoremque in aeternum adorabo.

Ac primum Viennam devectus Austriae urbis ambitu numeroque civium insignis, amoenoque coelo laetantis, doctissimorum coetu virorum clarae, nec non institutis variis praestantissimae, nosocomia amplissima frequentans permulta medico et chirurgo gravia vidi, plura ex consuetudine DD. Hildenbrand, Zang, Kern, quos sibi praesens decori ducit aetas, percepit. In arte vero obstetricia speciali indulgentia illustrissimi Prof. Boer largissimam puerarum domum, hanc mansuetissimae curae, qua in summa muliebris sexus functione dolores et pericula mulcentur scholam, licet peregrinus permissam haberem, tum propria observatione, tum praecipua familiarita-

te dilectissimi antistitis lucra adhuc ampla duxi. Nec fas, absque crimine quod rerum ophthalmiatricarum fastigium miratus sim, quosque oculis usurpaverim usus, medelaeque adstruendae rationes, quasque facundia clar: Prof: Beer tractutas in me liberaliter notitias in proprium verterim emolumendum, silentio praeterire.

Post anni clapsum tempus regione sic lubenter adamata abscendes, per urbes Salisburgam, Monachium, Stutgardiam ubi viris pluribus honore rem medicam gerentibus conciliandis, passus flectens, Lutetias Parisiorum petendi consilium cepi, ibique inter eminentissimos viros Dubois, Larey, Dupuytrin, Percy, Boyer versatus, tam dexteritatem technicam, ac artem morbis medendi animadverti, tot tantasque, quantas non injusto ad nos rumor pertulit opportunitates fructus capessendi amplexus sum. Sunt enim praeclarae urbi numerosa hospitia, cubant hic permulta millia hominum omni morbo-

rum genere laborantium, deguntque, ibidem tirones doctrinamque ore magistri promulgatam in copia aegrorum probatam hauriunt; frequentes quae operandi subveniunt occasiones, juvenem prompte ad experientiam medici uspiam in deserto angulo latitantis vero peritissimi evehunt. Sed quum anni, periodus jam appropinquasset, diutiusque morandi vetaretur, locupletissimis clementer adjutus auxiliis ad gentes, qui pelagi coeruleis a sinu Europae divulsas undis inculunt terras me contuli Brittanorumque lumina chirurgiae Londini Cooperum, Abernethy, Joannem Bell et alios coram veneratus sum, meque juvenem qua amicitia, affectu excepissent, quo ingenio doctrinae salutaris vinxissent qua comitate artem impertiti sint, quibus explicarim verba desunt; id quidem invitus sentio quod nec unquam sat digne venerationem qua totus qui sum dimano, in perpetuae gratitudinis monumentum propalandi fas mihi erit.

Moerente linquebam animo suavissimos homines, ut per regiones aquore vindicatas a Rheni in Oceanum lapsu ad ripas Spreae adpellerem et Berolini quae cel: DD. Hufeland, Graeffe, Horn etc floret, instituta hospitiaque praestantia inviserem.

Redux demum in patria, quum summos in medicina honores consequuturo, pro legum effato concinnandum esset tentamen, diu dubius haerebam maximis obrutus difficultatibus, quod, et ut dignitati propositi aequaret ex cumulatissima rerum copia, quo vires inexpertus exercerem, thema seligerem. Vastum sat satiusque campum pergranti apparuere mox nonnulla aut non pari qua deceret attentione exquisita, aut inertis calamis descripta, vel saltem nondum tenebris quibus offunduntur liberata, ad nostram pervasisse aetatem usque, vel non divulgata explanataque. Nec deesse mihi potui, quin chirurgicis praesertim in copiis, peterem argumentum; aequem mirarer morbos queis opacata cornea

lumen oculo praecluditur, conamen industriamque artis peritorum non satis tetigisse, et nisi recentiorum cura fugatos fuisse. In quem vero culpam inveniendi daretur ratio, an in illos qui arte indiguere, vel qui eam exercitarunt? non diu anceps quisque consistere possit. Nunquam enim non deerat morbus aut medicus, sed causa, mali in tetra inscientia medicorum requievit; ex quo enim ab experimento medici deslexere, spretaque molesta corporis indagatione, docta ignorantia ad vana ratiocinia seposita observatione sese contulere, indoles specierum morbi diversissimarum sedesque causaeque illos latuere.

Itaque de pupilla arte struenda dissenserere constans tulit animus, concepitque tot varias sententias de morbi indole, causa et medendi ratione ali, quot occurrere casus.

Quo legendo et observatis clarius rem perspiciebam lubenter id operae pretium existimavi, ut quae labore in consilio utili semper bono desideranda

mens percepit, aut quaedam vera inter multa fallacia vel incongrua supervacaneaye detexerit, his diligentius immorarer, discrepantesque congruentibus opiniones disquirerem et pro virium facultate, rem uti visam sibi excogitam, aut si fas dictu, natura quae observatione et scitu dignissima videbantur candide enotatis, promtisque a periculis sententiis ornatam ad proferendam scientiam absque ambigua intentione palam profiterer.

Nihilo tamen secius quo magis intelligo revolvoque diligentius, primus omnium fateor multum abesse, ut has lucubrationes magnificiam; immo quaeas deceret splendori et amplitudini parum respondere, idque non inaniter angor verendum mihi fore summopere a judiciis hominum severiorum, ne si forte novare aliquid videar conari, levis animi et imprudentiae accuser, si emendandum susceperim, etiam notam temeritatis incurram.

Est summi quidem ingenii in atras  
non iteratosque spargere lumina naturae  
recessus, aut proferre in medium in qui-  
bus eximii in arte viri acuminis exhi-  
buere testimoninm; ast hic Senecae  
praeclara haud inepte adjungere verba  
mihi videor.

*„ multum adhuc restat operis, multumque re-  
„ stabit, nec ulli nato post mille saecula prae-  
„ cludetur occasio aliquid adhuc adjiciendi.”*

Nam licet quidem auctores ab e-  
xordio ministerii de quo scripturus mul-  
ta gravia protulere, natum tamen inde-  
curandi modum omni alienationi cor-  
neae adaptatum deesse, nemo non sen-  
sit, operationemque vicariae pupillae po-  
nendae non hunc nactam gradum deside-  
ria explendi.

Ideoque in referendis quam fieri  
poterat brevissimus nec obscurus nec  
minutis agravans esse contendi et quae in  
re opinio esset proposui; ne vero li-  
tes dirimendo trivisse otium viderer,  
maxime ad diversas auxilia ferenda me-  
thodos animum appuli, et quo lucidius

agerem experimentis quae ex actorum eventuumve consecutione collegi, adumbravi. Libellum in quatuor capita dispesci, prout varietas, locus morbi, aut a quibus tutissima petenda sunt auxilia artificiis desiderarunt.

*„Late fusum est opus et multiplex — — —  
quae sunt tamen tradita, quid ex his optimum et si quid mutari, detrahi, melius videbitur, dicere experiar.”*

Quintil. lib. II. cap. 14.

Num propositum teneris ingenii moliminibus solverim, numve oleum et operam plane perdiderim periti arbitrentur.

Oblector autem sincere in his, atque rigor vestra Viri clarissimi imprimit benignitate ac favore, quorum solertia et fama stat haecce inclaruitque facultas, quorum ingenio et indefesso labore scientiarum penus locupletatur in dies, vestra sub auctoritate pleniori securitate hanc muneris partem conficiendam, qua ad dignitatem collatorum officiorum, majori candore accessurus sim.

## C A P U T I<sup>mum.</sup>

*Generalia de momentis, quae naturalem pupil-  
lam offendunt.*

### § 1.

Inter varios, qui jacturam visus sensus restituendam suppeditant facultatem morbos, haud incongrue eae præsertim nobilissimi organi mutatiōnes se præbent, quæ in fabrica structurave ejusdem evolvuntur, indeque voce metamorphosis seu vitii organici morbidi complectuntur; nam quæ sensibilem ejus seu nervam spectant passiones sphæram, a manuali procul ministerio remotæ; penitiorē sibi causarum, effectusque medicaminum rationem exoptant, ab eisdem auxilia exposcunt, desiderant atque iis sanari queunt, ideoque uti cœtra fines argumenti projectae e libello eliminantur.

### § 2.

Numerosissimus vitiorum oculi structuræ coetus, omnis qui est, aut comitem inflammatorii sese aut soholem processus enunciat, et pro diversa sedis, intensitatis, aut partium naturæ varietate, munerasque earum ratione quo in pulcherrimo visus opere fruuntur, certis

eundem difficultatibus premit plectiturque. Oculi nempe fabrica diversissima serie membranarum, liquoribus pellucidis limpidissimisque tunicis subtilissimis pæne aciem visus fugientibus struitur. Hic quas nec manus pertigerat, nec sensus penetraverat, innumeræ canaliculorum invisibilium congeries, agmina vorticesque vasorum miro spectaculo apparent victumque advehunt; extollunt sese in lucem mirifici fibrarum reptatus copulationesque et in inania demum evanescunt; omnia plena, meatibus conferta. Tum infinita nervorum copia vitam suggerit, illic pro ignoto repunt surculi usu in intimos fibrarum recessus, hic expansa qua late tunicis obvolvitur spatium nervi medulla, membranæ fingit speciem, claudensque vitreum quod dicitur corpus nervea seu retina audit, invectas in solida et fluida excipit sublimiori imagines potentia. Heus dolor! si dira inflammatio aut quo vis infensum organi vitæ virus, aut vis damno- sa insidias condiderit iniquas, aut tenerrimam retinæ turbaverit indolem, mors æterna obruit visus caligine; non amplius sueto sibi micat oculus fulgore, nec præcluso lucis grato stimulo flagrat, languor foedus squalido obnubilat ve- lamine.

§ 5.

Oculi externa idcirco et interna tota facies latus campus est, ubi inflammationem causa progerminans, quam maxime agitare potest. In varia membranarum natura, vario sœvit furore, aut sedem uspiam in superficie sitgit et phlogoseos vellicat dolore et ut vasorum latice rubro turgentium cohortes serpentis rivulos properat, aut conjunctivam scleroticae tunicam eamve ipsam, aut quæ corneam tegit subtilem laminam superat, sive telam qua conjunctiva cornea adjungitur sibi efflagitat, aposthemataque rodens serum fundentia progenerat, seu in cornea ingruit substantiam et in sussusionem lymphae plasticæ sese præcipitat, madidaque laugido humore mergitur. Plerumque noxa hæc altius penetrat, ibi labem extendit, iridem ac uyeam infestat, capsulam ejusque lentem minatur congestiones gignit, sanguen fundit aliaque damna inducit, sœpe sat dura præcursoria obcoecationis monita.

§ 4.

Ne scopus naturæ impeditur, corneam transparentem nutriendunt vasa colore orba. Pelliculus ejus status sub inflammatione turbatur, præcipue lymphae coagulabilis inter lamellas

exsudatione, magis autem conjunctivam cornee inter et corneam. Si ceu in nonnullis speciebus instillatio natura sive industria quandoque præverti, manansque liquor resorberi ac per vasa in circulum abripi potuerit, pollut enim non modo liquata vero solida in oculo fracta ferramenta vi resorbendi, offuscatio tollitur; quandoque intra morbum effusi copia loca pelluenda obruit, luminique qua tenderet ad retinam via obicem sese præstat, et ad sustentanda munera inidoneum reddit, cum nociva nullo pacto materia eliminari patiatur; imo prorsus vergente processu inflammatorio depositio fibræ albuminisque augescit, oriuntur vasa e viciniis sanguinifera vitamque iis præbent.

Nonnunquam moritur cornea aut functione privatur; aut in oculi latebris aquosa colluvies seu æmula puris effunditur, quæ tamen nisi extincta inflammatione subsequntur. Constat enim quamlibet inflammationem tum maxime quae sibi arthritidem aut syphilidis labem, originem agnoscit, nonnihil extractam, imprimis vero vel in systemate oculi vasorum, aut quavis ejusdem parte longius morante stimulo, et præsertim chemico, ad inducendam organi devastationem cui inheret idoneum esse.

Aut

§. 5.

Aut forte inflammatio adhæsiva penetrat et cameram anterius sitam sibi vindicat, fitque suffusio ad cornæ lamellas, stillat flavus humor fundum ambitus spatii petit, arcusque imaginem unguis in formam mentitur, vel totam membranæ faciem tegit, pupillæque munera negat; vel demum corneam inter et iridem diversissime cumulatur, pondere ad marginem pupillæ usque delabitur mucus, pus, vel ipso margine superato campum pupillæ obcoecat atrum mobilemque.

§. 6.

Inflammatione in posterioris oculi elicita, divexanteque iridem vel uveam, incertis tunc temporibus anteriorem cameram lympha invadit, et vasa sanguen ex iride aut facie ejus interna rejiciunt, ubi sclerotica cum cornea, iride necitur; primum tamen diverso nutantem colore pictam gravat sudor iridem, postremo uveam irruit inflammatio, et quandocunque pupilla glutine circumlinitur, arctata eousque ut anhilletur, calpam in superficialem iridis morbum invehere sinito; ne capsulae lentis imo lentique parcatur, in opacas abeunt, sive albo, subflavo, fusco vel nigro colore tinguntur; pupilla vero

nisi congerie luci impervio effigiem membranae gerente obliterata, seu fibrillis liberi ejus ad motusque alacres margines fascinati sint, ideoque figitur, immobilis evadit, vel distortam, longeque ab regulari distantem induit formam, catarametam capsularem aut lenticularim sive mixtis invicem sinu foyet et iis mulctatur.

Verum quando rebus non urgentibus nec perniciem struentibus, justis, insonti sub organismo, nec ullo viru inquinato tardius inflammatio evolvitur, etiam in dopenendo natura humore lenta plerumque et cunctans est, segnius etiam mutationes inducuntur.

§. 7.

At que de humoris ad corneæ transparens integratatem delendam congestione indole peccantis locuti, omnia minorem timorem injiciunt ac morbi status ad quos convertimur, raro enim fugiunt nos media et modus, quibus malo propugnato turbatam infractamye functionem pristinæ restituueremus normæ. Nam silentio prætermisis inanibus recentiorum ratio cinandi nugibus, medicamina in universum systema aut in compagem corneæ speciatim agentia, persæpe nostros proligandi vitii non frustrant conatus; licet neutquam evictum sit

utri remedio jus auxilii rectius in ampliori casuum numero competit.

§. 7.

Contingit etiam installata inflamatione; corneam nonnisi frustulum lymphæ exhibere quæ sub increcente actu morboso, abscessus assumit naturam, extensiveque ulceratur. Si tempus, constitutio, antiphlogistica sinant congruenter vertere in usus, potissimum ad salutem juvant, vetant namque liquantem ingredi suppurationem, et certe offuscata pars minori cum damno fertur, quam si cicatrix ulceris locum usurpasset.

Si vero oculus proclivitatem aliquam in malignas noxas monstrat inter extilationem puris acrimoniae, membrana intacta usque, protinus ex superficie, pessima et urente phlogosi ad sphacelum necatur. Tum ingens manat copia puris ex ulcere, rapidaque organon extinctione periclitatur, nec salus a quovis auxilio querenda, ut in scrophulosa scorbutica aliave accidit Iue foedatis; vel mitiori ingressu oculus sensim depleri corna repurgari et sanari ulcera incipiunt.

§. 9.

Äst multum inest inter ulcera corneæ discriminis. Adhæsivi inepta processus conjunctiva, mucosa freta indole, si infecta inflammatione vigor vasorum citra quas licet, impune limites provehitur, contaminat colluvie puriformi, aut nacta culmen passionis, particulis necem patrat, sphaceloque rosæ eliminantur. Nam tumet primum, horore percutit spectantes truci stipata phænomenorum satellite, nec minaci contenta aspectu, phlogosin celeri passu promovet, quæ corneam ingruit, forat; ac sub nulla unquam sæpius magisve affligeretur visus munus exitioque pleniori inflammatio lætaretur, mucossa sibi tunica natura gloriatur.

Si vero mors veniam pepercit, ulcera gravia incedunt, alte rodunt, aut trientem, dimidium aut tres quadrantes ambitus corneæ delent, pessum dant, aut si tenera simulatur circa ulcus nubecula, prona velut in cicatricem, subito mutat naturam. Vel ac si in ophthalmmitide purulenta recens natorum, adultive, quo ferox sævierit in corneam, opacatur hæc passim et certis prodromis comitata in destructiōnem præceps agitur.

## §. 10.

Conflagrata partiali cornea damno, exstructaque medio in sinu ad instar cicatrice, finito cogitur offusatio termino, extollit sese pauxillum, subdiaphanum eam circumdat filum, abit necata pars offusa, lucidum linquit fundum. Nonnunquam dum liberata sphacelo cornea ulterius injuria divexus ulcerativa, limpidus non oblinitur fundus, quin immo in ambitum ejus noxa vim exserit, vel forsitan colluvie acri tegitur mucosa.

Si infasto pro cornea sorte ulcera perpetuo se invicem sequuntur, et portio ejus detetur, tum pro transparenti facie, major offunditur caligine pars, sublata hac, si demum altera infestatur, morte damnata apertam relinquit oculi anteriorem specum, protrusae iridi varia sub specie agglutinetur, pupillam inde tollit.

## §. 11.

Plurimæ inflammations ea fruuntur indole, ut labem obscure et cum perfidia significant, quin pars affecta præ caeteris morbidam prodiderit sese.

Sane cuique fabricæ organicae, ætati, sexui propria sua natura et distincta proclivitas

est, ideoque insidiæ mitius acriusve urunt; ita senibus et qui debilitate franguntur, sub moderati ruboris conditione, injuste inflammatio nem dixeris, turbida obnubilatio corneam ob sidet, oculi lacrymis humidi depresso languore conficiuntur, solutioque demum morbosa a clandestino occulta tarde crimine incedit et haud inepte gangrænam senilem nuncupaveris.

## §. 12.

Hæc sunt, quæ corneæ infensa, seu ad iridem proiecta torquent, vel ex ea in corneam exeunt, vel ubi in intimis recessibus specus oculi utriusque progenita intensitatis ratione cruciatus administrant, vastataque vel ex toto diruta, angustata vel rimæ ad instar redacta obruta nubibus e fronte corneæ velantibus, aut ex uveae substantia oblitterata floculis, membranis fluctuantibus, vel capsula adnata iisdem, pupilla naturali irrita, arti eximum munus novam vicarie struendam tradunt.

## C A P U T II<sup>dum.</sup>

*Tractatus de vicaria pupilla.*

### § 1.

Pupilla artificialis ut et nominis vis innuit, hunc artis nisum sistit, quo ubi cornea pellucida sese nec nubibus obvolutam aliquocunque licet per exiguo servaverit spatio, atque in interiori oculi cavo cuncta processus morbos actione corrupta nec adeo pessum data sunt, ut admisso lucis stimulo pristinam exercerent functionem, laborantibus luminis ad retinam viis suppetiae feruntur, infractaque continuitate, contigitate iridis porta panditur.

### § 2.

Ne de origine summi ministerii dubia existent sequenti enarratione, qui primus ad artem meditatus illique efficiundae utilissimum una ex cogitavit inventum, de humano genere optime meritus, tot viris celebratissimis alias, ob fusa in mortales beneficia longe praestans expressisse sufficiat. Dum ad prima salutiferae artis usque ascendimus incunabula et omnium artis chironiae peritorum queis antiquitas in

claruit scriptis perlustremus, etiamsi a saeculis remotissimis ex reliqua omni industria et prudentia praecclara monumenta remanent, quae circa id auxilium vestigia supperessent, nihil invenimus. Nec ullum perhibent testimonium curae lucis ad posteriora oculi transitus Hippocrates, Galenus, Celsus, Aeginetta, Pareus, Fallopius aut Hildenus. Ingenii recentioris mitissima inventio sine posito lapide auctoris memoriae, aere perennius durat perennabitque, solertiaeque cel. Cheselden qui tot tantaque arti incrementa attulit, filia, ejus nomen celebrat. Ast uti nulibi quod insolens est, apparuit opportune, nec recti nova species vulgo placuit, aequa posteritas spretam per non brevem temporis moram inter accepta demum perfecit, conatibusque eximiorum virorum Jannin, Demours, Scarpa, Schmidt, Beer aliorumque eam ad perfectionem extulit, quam nunc cernimus.

§ 5.

Quo lucidius res emineat, progressus ministerii tardos ordine prosequendi animus praebet. Variae sunt enim quas huic natura arti accensitas voluit formas, quae que ex conturbatis muneribus, vel ex obvia in sensus materia sa-

Ius certis probabiliter signis suspicari licet, e medico normam ritusque agendi et delectum suppeditat remedij, e rerum continua serie et consecutione summendum est. Cum vero medicorum quo-ad officium operarium passim confusi inocunditique sint conceptus et ab invicem indiscreto, communi aut incongruo modo tractantur diversae passiones, in eo praecipue enitar, ut quae sibi certos status mutacionesque ex postulant nec aliis tollere patiuntur, seorsim enucleem artificia. Inde in quatuor diremum argumenta auxilium tractaturus ordior.

Primo agatur de artificio, quo ad horizontem vel ad verticem fibrae iridis caeduntur, Coretomolia vocatur, a voce graeca  $\kappa\alpha\zeta\eta$  pupilla,  $\tau\omega\mu\eta$  sectio sive sectio pro pupilla restabilienda.

Secundo, quemadmodum munus technicum in excisione iridis particulae ex laesa ejusdem continuitate vel substantia administretur, Coretonectomiam dixerunt, ab  $\kappa\alpha\mu\eta\pi\eta$  excisio.

Tertium comprehendat operam solvendi vincula nexumque iridis cum ligamento ciliaris, ut intra plagae lesionis corneae labia incarcera haereat, Ceretodialysis audit, ex ~~videtur~~ dissolutione designata.

Quarto complectatur junctum copulatumque opus excidenda avulsae iridis ligamento ciliari, post traducta per vulnus extra corneam protrusa pendeat. Corectodialysin nomine insignivere a *zigen*, *extremi*, et *distantiis*.

ARGUMENTUM Imus.

DE COR ETOTOMIA.

§ 4.

Forte accessit *Cheseldeno* ut pueru iam decimum quartum annum aetatis agenti membra na quam pupillarem dixit pupillam claudente curam laboranti navaret. Quam quibus adju varetur exemplis nulla in luculenter medico rum congestis fastis exstant, quid talibus rerum adjunctis posset evenire magis consentaneum, quam novam sibi excogitare medendi rationem. Itaque constructa acu, haud inepte cultellum dixeris, acie in acumine minus acu cataractae dicata excurrente nec ancipiti munita, fit non absimili ac sub depressione cataractae per seleroticam modo punctura, perque interiora bulbi oculi ad secundam trientis diametri partem fertur, irideque ea plaga superius inferiusve pupillae ambitu transfixa, angulus internus iridis petitur; quo ad maximum juncturae iridis cum ciliaris ligamento orbem ventum, acus anteriorem iridis planitie faciem spectans revertitur, tunicaque vulnere versus oculi angulum externum agente laeditur; resu-

pinatae inde libera retractione fibrillae, nunc non obices vistui futurae, ad justam contractilitatis rationem regressae qua irent ad retinam lucis radii claustra solverunt, hocque modo tenebris damnatum artifex eliberavit.

The Anatomy of the human body by W. Cheselden Edit. VII pag. 300 London 1756.

Philosophical Transactions of the royal society of London abridged Vol VII from 1724 to 1734 pag. 235 Tab. V fig. 2, 3,

Art An account of observations made by a young gentleman, who was born blind, or lost his sight so early, that he had no remembrance of ever having seen, and was aged between thirteen and fourteen years,

Tab. V fig. 2, 3. representing two eyes on which a new operation was performed, by making an incision through the iris, which had contracted itself in both cases so close, as to leave no pupil open for the admission of light.

Mauchart Dissertatio medico-chirurgica de pupillae phthisi ac synizesi in Halleri disputationibus med. chir. Tom. 2. „Locum incisionis cornea, iridisque aliquando decliviorum centro eligere coactus est Cheseldenus ob albuginem seu lencoma quod partem (superiorem) occupaverat atque obscuraverat.

L. Heistrei Justit. chirurg. P. I Cap. LVI p. 578. Amstelaedami 1750.

Nonnullis post annis Cheselden rem alius perpendens a nemine eousque peractam, nondum certis limitatum finibus successum adjectis adumbravit observationibus, ratus quidem id optimum secundam suo negotio iridem, quo in culmine expansionis steterit comitata omni immunitate muneris pupilla naturali quavis indignatione promanante; ex. g. contingit sub inflammatione oculi quo iris extrosum sursum seu deorsum ad corneam agglutinatur iadique pupilla coarctata nipiū in modum, vel rimmae ad imaginem evadit vero fibræ radiatæ sursum et deorsum vel oblique a superiori ad exteriorem tenduntur marginem; autem lente una cum suo involucro incolumi; verum ab artis periculo desistendum, ubi post depressam lentem lumine exutam, secundaria seu membranacea cum interno iridis margine cataracte nexum iniicit. Nec desunt sibi specimina moliminum redintegrati visus conclamata albagine cornea maxima ex parte, quo in casu ad marginem ciliarem iridem foraverat, procul dubio absit, quin unacum cultello processus ciliares amoverit, pacto nam eo negato, exitus coronati tollitur fides; vel dum iris protensa cataractæ lacteæ atresiam induxit, inflictaque plaga iridi et

lentis capsulæ effusus pupillam gravans fugatusque vasibus resorbentibus pellucidum linquebat spatium latex; vel demum si pupillæ naturalis ambitus coarctatione impervia victus quo tutior esset coecitas cataracta lenticularis capsularisque ingressum radiis vetarent, secta per centrum iris rejectaque in humorem vitreum cataracta visionem integre reducem non amplius impedientes. aperta ars remunerabatur pupilla.

S H A R P.

§. 6.

Hæc pupillæ arte imitatae levia exordia ansam Sharpio ingenerarunt auxilii praestandi, vero deflexa a Cheseldeniana methodo, autumnans eximius Anglorum operator id rectius fore, si potius per corneam ubi sese scleroticae sociam præbet, acus in anteriorem oculi specum dimitteretur, motaque ad contrarium laesioni angulum in ambitu majori iris agredieretur et supra infraye centrum valnerata opitularetur retinae ad suetum stimulum flagrantii. Semel peracto ministerio uti fatetur laudabilem successu, aliquot post menses orificium sensim sensimque labente lympha plastica obli-

teratur, artifex restituti, aeger recuperati visus  
gaudio privati sunt.

A treatise on the operations of surgery with a  
description and representation of the Instruments  
used in performing them by Samuel Sharp Sur-  
geon to Guys Hospital. Third Edit. London  
1740 Chap XXIX p. 166 Plate 10 fig. c.

„ As I would not mislead any one who shall pra-  
„ ctise au operation, not yet much known in the  
„ World, I do confess that either the danger of  
„ the Iris separating from the *Ligamentum ciliare*,  
„ or the Wound not inlarging sufficiently, do upon  
„ the whole make the event very doubtful. I once  
„ perform'd it with tolerable success, and a few  
„ months after the very orifice I had made, contra-  
„ cted and brought on blindness again.

§. 7.

Morand cel. Chirurgorum Academiae quae  
tunc Lutetiis Parisiorum florebat sodalis, ob  
novam secandi vesicae urinariae calculi metho-  
dum missus, Londini testis peracti a Cheselde-  
no vicariae pupillae artificii, digestis hujusc  
societatis prodidit memoriae

Memoires de l'acad. royale de Chirurgie  
T. III. p. 115.

Eloge de M Cheselden par Moraud. Pa-  
ris 1778.

Ast de industria repetitis ministracionis  
vicibus, redintegratoque periculo non eodem  
chirones Galliae congratulabantur eventu. In-  
de criminationes negataque relati fides quam  
Voltaire, Buffon, Lecat, Smith et Haller pro-  
tulerunt.

Elemens de la Philosophie de Newton.

Histoire naturelle T. IV page 439 1ere

Edit. Paris 1774.

Traité des sens.

§. 8.

Quo certius dubium evaderet experimen-  
ta *Janini* cel. ophthalmiatri Lyonensis quam  
maxime contulerunt, nam operanti *D. Virot*  
cui post extractam cataractam imperforatio pu-  
pillae visum denegaverat, iris medio secta ab  
inflammatione correpta lympha coagulabili obli-  
niebatur, plagaque reunione bis tentamen irri-  
tum reddidit. Tunc demum sub extractione  
cataractae in *Gregorio* contigit quod, sueto sibi  
modo per orificium segmenti ad circulum infe-  
riorem corneae cultro cataractae sacro institu-  
tum levati, brachium inferius Davieli forfics  
quo laesio amplior exstiterit immitens, ex utroque  
latere vulneris dilatans, in angulo minori oculi  
iridem scinderat, recreataque ex plaga non  
ulterius nexum cum labio opposito iniverat

Crebra experientia eductus fissas iridis fibras radiatas, rimam linquere, innixusque obsoletae antiquorum opinioni de musculis iridem expandentibus et constringentibus, id justo agi oportere credebat; ideoque eo ex tempore simul ac daretur occasio munus vicariae pupillae administrandi, reserata cornea ut ad extractionem, ex distantia lineae unius circulum iridis majorem fodiens forfice, dimidia vero a naturali et clausa pupilla, ad duas cum dimidia lineas latum infligerat vulnus, quo fibrae radiatae ejusdem in externo, vel interno angulo oculi, prout opportunitas secum tulerat lae- debantur.

Sententiam potius hypothesin Janini de singulari munere fibrarum utriusque generis id quam clarissime negat.

Si motus iridis vi quadam antagonistica peragerentur, scissa ab ambitu majori ad circumflexum minorem seu pupillarem, antagonismus deleretur, aequilibriumque actionis fibrarum sublatum, necessaria consecutione pupillam iride promanantem vel ex avulsa a ligamento ciliari iride, mobilitatis lusu privasset, quod quidem penitus contrarium observatis obstat.

*Memoires et observations sur l'oeil par  
Janin. Lyon 1772.*

P E L L I E R.

Si artis nefanda sint referenda; vel cuius-  
vis intersit quemadmodum ars degeneratur com-  
pertum habere, id sane memorare proderit,  
Pellier rem eo absolvı docuisse, ubi albugo um-  
bra pupillam vexat, ut cornea incisione adpe-  
rireter, irisque super canullam ad dextram si-  
nistramque forscice divideretur.

*Pellier Memoires et observations etc. Mont-  
pellier 1783.*

§ 9.

R I C H T E R:

Opinio celeb. Richter circa officii pupillae  
restabiliendi curam in eo versatur, quod si iris  
quovis modo tenderetur, et pupilla aut ferme,  
aut plane sublata esset, capsula vero et lente  
integra, morbus medela Cheseldeniana impu-  
gnatur, quae ratione Sharpi per corneam exigi-  
patitur; iridis autem tensio ad latera oculi, se-  
ctione modo Janini levatur, scilicet plaga ver-  
ticali per fibras radiatas, si vero sursum et de-  
orsum distraherentur, vulnere ad horizontem  
posito Cheseldeni imitatur consilium. Dum al-  
bugo corneae posuit morbum, ne transparens

adhuc locus turbaretur cultellum per albuginem ipsam immitit.

*Anfangsgründe der Wundartzneykunst Band*

5 § 577—8 Göttingen 1814.

§ 10.

B E E R.

Negotium optimi viri a cultello in corneam versus iridem intruso pendet, qui eo promovetur artificio ut longum seu latum iridis vulnus infra plagam cornea poneretur. Arte hac capsula et lens illibata manent, nam ad aciem cultri projecta quo magis ad faciem cornea trahitur iris, eo latius evadit cameræ posterioris spatium, futiusque omnia in fortunam cedunt. Sed liceat gradum tenacitatis tunicae mobilis in memoriam revocare, ut pretium ac aestimationem quodve auxilium modus hic tribuere valens sit, congrue expendas.

*Lehrbuch der Augenkrankheiten B. 2*

§ 7. p. 10 Wien 1792. Tab: 1 Fig: 2

IURINNE ET MAUNOIR.

§ 11.

Iurinne iridem simul ac corneam vitata lentis læsione vulnera affligebat, ut vicaria pro-

manaret pupilla. Assalini in fidem rei testatur vidisse delineatum ab auctore oculum cuius duo trientes corneæ, albugine tectæ cum iride faciei edcreta internæ, ex quo tali ministerio tenebrae cœcitatæ fugatae fuissent

*Ricerche sulle pupille artificiali p. 23.*

Milano 1811 di P. Assalini.

Maunoir simili opificio gaudet in eo tantum ambo deflectunt a se invicem, quod iridem forifice transverse secat.

Ambo sub tensa iride Ianinum Richterumque honestant. Ibidem l. c.

§ 12.

A S S A L I N I.

Quo commodatius obicibus visus domidis operam impenderet Assalini in usum cultellum sat angustum incurvum, speciem falcis simulantem vocavit. Pergravis sibi tamen ars haec visa candide fatetur et aegris molestissima, praesertim, dum motus oculi continui incertam operam redderent. Seposto itaque artificio oblizioni tradidit.

*Ricerche sulle pupille artificiali.* Milano 1811.

A D A M S.

§ 13.

Ut de re omni non visa ante et intentata confusus est sermo, id semper tamen commodi beneficiique ars refert rixando obtrectandoque, ut ex alienissimarum opinionum discordia, libera mens medium sequi viam ediscat. Allucinantur auctores multa et difficultia circa Coreotomy et si fidas illis, aegrotis per molestam esse et nonnisi sub tensa iride indicari. (\*) Secus tamen experimenta nuper prolata rem evincunt, nam diversis in oculi passionibus ministerio exhibito fausto successu plaudebatur Adams.

Guil. Pike cui cataracta capsulari extracta lente visus infestabatur, nec per exiguum rimam imagines ad retinam permovebantur, Adams incassum diuque operam navans, quo preopinata capsula (\*) seu potius membranae sub inflammatione vasibus uveae exhalatae diducerentur, obversa iridi acie acus medio foravit, indeque

---

*Darstellung blutiger heilkund. Operationen von Christoph Bonif. Zang T. 2. p. 182 Wien 1814.*

*T. Ad. Schmidt über Nachstaar und Iritis, nach Staaroperationen. Wien 1801.*

absque magno artis impendio qua ad interiora  
tenderint radii lucis via spatium prosiluit.

Tum artifex felici elatus eventu in adver-  
sitatis pretii majoris operam adhibuit; si enim  
per vulnus cornea sub extractione illatum iris  
extus decidisset, oraque ejus nexa stringebatur,  
pupilla vero disparuisset, laesa centro lata pla-  
ga per radios singentes fibras, a cornea recede-  
rat, pupillam sistens claram ac ferme circula-  
rem; eodem modo Rich. Bligh. etiam tametsi  
pupillam sinistram oblitterabat fere ex toto con-  
cretio lymphatica cum ad modum iridi adhae-  
rens, quod nec belladonnae extractum in dila-  
tando aliquid efficere potens fuerat, diei resti-  
tutus est.

Demum omni in casu lentis remotae oculo  
cornea incolumi evadente, scinditur centrum  
iridis contractaque pupillae, et plaga transver-  
sa duo trientes ambitus tunicae occupat. Tali  
sub ministerio truditur cultellus per tunicas o-  
culi ad lineam distantiae retro ligamentum cilia-  
re, acie retrorsum spectante. Apex simulactu-  
nicas penetraverit linea a nexu ciliaris iridis  
temporali procul per eandem fertur, caute per  
cameram motus anteriorem, tum quo ad marginem

tunicae ventum internum, molliter inclinatur in tunicam, extusque trahitur, servata vulneris transversali diametro — Sectio haec iteranda donec apertura ex retractis fibris radiatis sat ampla evaserit, vel obliterata pupilla omni pellucidi-  
tate exutam servans retro lenticem ut saepe casus est ex vulneribus bulbi oculi, frequentius autem ex inflammatione iridis. Haud mutatur artificium nisi discissae cataractae partes in pupilla vicaria locantur quo reunio ejusdem aboleretur.

Aut denique obliteratio pupillae associatur corneae offuscatae, quae nisi lineam ambitus pellucidi a morbo vindicavit. Hac sub neces-  
situdine et offensa admovetur cultellus per ex-  
ternam et superiorem oculi partem ne humor aqueus furtim sese subtrahat priusquam opificium peractum foret, iris affligitur verticali inci-  
sione ad marginem externum ex opposito par-  
tis pellucidae, duciturque per quam longum pellucidae exstat corneae spatium; non raro fit,  
ut sub hac opera fibrae non secari se sinant, vero  
a ligamento ciliari dilacerantur.

Quum iris protrusa, nexus cum cornea iniverit, et margo pupillae irregularis proma-  
get, nec sinit supra limites cicatricis pupillae

motus extenderentur, immisso cultro per corneam prae connubio ejusdem, apice, ligata discrimatur oportet, et quidem recedit subito, in jura sua abiens pupilla.

Si tamen praeter adhaesionem arctatur sive obturatur lumen pupillae, demergitur cultellus parte cornea procul a lucido ejusdem intervallo, caeduntur vincula, tolliturque eorum effectus.

*Wil. Adams Practical observations on Ectropium on artificial pupil and on Cataract London 1812.*

§ 14.

Maturius ad rem animadvertendo, sponte se offert fabrica cultri Adams fig. 10, minus partibus laedendis congruens; porro totidem iteratus non impune insultus, indeque in partes oculi posteriores fluentes indignationes, qae sat saepe nec subtilissimis et maxime adaptatis instrumentis sunt evitandae, tum certius cuius aries tres lineas excurrit. Simili ferramento si e specu posteriori per iridem in oculi anteriem recessum penetraveris, quo sodes! modo absque vulnerata cornea apicem promovebis ut margo internus scilicet nasalis ad ligamentum ciliare plaga, scinderetur. Finge jam magnas

difficultates sub arte oriri posita camera anteri-  
ori ampla, verum aliquando ea camerae est an-  
gustia, ut immo per corneam iridem agressurus  
integris commodis instrumentum permeare haud  
queat, eoque minus si praeter approximatio-  
nem iridis aliae accedant molestiae, quibus in-  
festissime trahitur vel omnino impeditur mini-  
stratio; qua nunc se vertere operator, quid con-  
sili, quae necessitates! si delusus inutili opificio,  
ad omninosam sectionem iridis violentia confu-  
giet, num ferro in quassum et laxatum organon  
fodiens nova et repetita noxa, ultra quam na-  
tura fert torquebit? aut nudus consilio inersque  
in saevientem inflammationem spectator in ve-  
nae sectione salutem quaesiverit?

ARGUMENTUM II<sup>dem.</sup>

*De CORETONECTOMIA.*

§ 15.

Is fuerat rerum status, donec exuta omni fide probabilitatis operatio sub Jauino, in iura sua, licet mutata restituebatur. Dolet certe animus tot victimas insectiae spe orbatas dimissas, nam arti ab auctoritate vincula imponebantur, aut forsan a ratiocinio, ob pericula queis temeraria visa chirurgi audacia stipata fuisset, etiamsi abunde observata propalarent quantum beneficii praestitisset. Casus omnis progressus scientiae progenitor, aut fortiter observationes computatae novam ingenerarunt in deam, quae minus periculosae operandi rationi ansam subministrans a Guerin in effectum deducta fuerat; tamen quamvis non defuere viri ingenio praediti quorum solertia et peritia arti progressus paraverant, verum non aliorum attentionem in se converterant ad modum, ut plus in usus vocaretur operatio. Ideoque dum Demours virum scientiis praeclarum Sauvagesium excisione iridis particulae atra caligine liberavit obices lucis reserando, coepit est ut in

novam rem hui, denunciari, nūgisque absurdissimis ornari. Ex quo demum vero majori cum studio inventio perscrutabatur, novitatis pretio exuta in dedecus ovantis yiri cessit; enim ante artificium Demours †, longo ex tempore Guerin Wenzel et alii insignia opificii ejusdem exempla exhibuere.

Extrait de Journal de médecine lu à l'Institut national le 26. Prairial an. 8; et le 2. messidor suivant à la société de médecine.

Extrait de la décade philosophique du 20 Brumaire au 9. Opération nouvelle, qui a rendu la vue, à un aveugle, qui avait été jugé, à l'unanimité, sans aucune resource.

### G U E R I N.

#### § 16.

Quo ad salutem juvabat Guerin, negotium eo ab aliis speciali artificio distat, quod aperata cornea iridem petierat, inflictaque plaga ad crucis effigiem, angulos segmentorum iridis, forcis ope auferebat.

*Traité des maladies des yeux. Lyon 1769.*

W E N Z E L.

§. 17.

Eodem ferme tempore quo Japin in struenda Coretotomia pupilla versabatur, Wenzel ex proprio impulsu, quum methodus Cheseldiana felices abnueret effectus, et ipse sub extractione, celeri per corneam cultro agente tendens motu, saepè saepiusque iridem offendisset, quia immo sine visui damnum inferendo laderat, id consilium capiendum ratus, pro noxa et necessitate eodem modo vicariam formare pupillam.

Inde cultrum cataractæ sacrum corneæ admovens, acumine quo ventum ad iridem dimidium lineæ procul a centro eam infestans, tum demerso dimidiâ ad lineam usque instrumento, manum qua cultrum ducebat ad occiput flectens; altius promovebat tres quadrantes lineæ a puncto læsionis iridi illatæ, acumenque in angulo nasali, ut sectio corneæ terminaretur promicuerat.

Hærebat præ acie iris et sectio corneæ exploratur, et lucide eminet iridem ad semilunium sectam fuisse, ante quam corneæ a contigitate soluta esset. Oculi specu reserato introduceba-

tur forfex, qua lamina iridis resecta plane excindi posset.

Congratulatum se fuisse pupilla rotunditate ac naturalis gaudente plausit sibi Wenzel.

Quo propius ad modum spectemus, elucet quod extracta unacum lente, etiamsi gravi noxa oculus plecteretur non amplius metu subsequae suffusionis operator percutiebatur.

*Traité de la Cataracte par Wenzel fils Paris 1786.*

### S A B A T I E R.

#### § 18.

Praeclarus Galliæ Chirurgus, cujus ingenio campus scientiae exspatiatus, et multa nova arti incrementa illata sunt alio utebatur agendi ritu, par Wenzelio plaga corneæ, segmento tunicæ dein levato, iridem brachiis forcipis arreptam, protractamque e camera, ope forficis ad planum laminarum incurvae ausserebat.

*Sabatier Médecine opératoire 2<sup>do</sup> Edi. Paris 1810 III, 289 seq.*

## A R N E M A N N.

§. 19.

Iddem imitatus est Arnemann suadens iridis in continuitate forfice incurva vulnus circulare infligere.

*System der prakt. Chirurgie 2. Th. p. 199,  
Tab. II. fig. 8.*

## D E M O U R S.

§ 20.

Quae fides methodo tribuenda sit gloriacionibus auctoris ejusdem elatae, quibus argumentis probaretur præstantia artis haud intelligo. Nam ad periculum in Suavagesio institutum maturius animadvertendo, ars hæc juste oblivione damna-ta appetet.

Alta albugo adimerat limpidum corneæ statum, exque facie interna tegebatur iride, et non nisi in perexiguo spatio pellucida extiterat. Infestat operator corneam cultro ad superiorem et externum ejusdem ambitum, scleroticae in viciniis, eodemque tempore iridem secat. Aertura læsionis ingeritur instrumenti brachium unum corneam inter et iridem, alterum vero ad humorem vitreum retro iridem procedit, cædi-

tur haec tunica et ad marginem corneae aggeratur vertex demiturque.

Pone corneam jam ferme ex toto obcoecatam, si pauxillum lucidi intervalli vulnere offendris, nonne in cicatricem abeundo labia noxae ofsuscentur; at probe quidem scio in hujusmodi rebus, multum fortunae tribui, etiamsi anceps opinio mea haereat, desunt certe tamen experimenta, quibus in opposito confirmatus essem, maxime persuasus nihilosecius visum artificio simili mirum in modum periclitari.

*Recueil period. de la societé medic. T. VIII*

*p. 521.*

*Observation sur une pupille artificielle. Pa-*  
*ris 1801.*

### FORLENZA NEAPOLITANUS.

#### § 21.

Sub opificio finem sat audacibus adsequi nititur mediis, ita ut verendum sit, ne ipso morbo gravior esset medicatio, nam praetermissis

---

Pamiętnik Warszawski na miesiąc Kwiecień 1801.  
karta 145 z wyobrażeniem operacyi na oku w  
miedzi rytém.

silentio sectione corneae quae uti ad extrahendam lentem fieri solet, et iridis dilaceratione forcipe hamulis munita, ejusdemque trientis unius scissione, tum quod capsula et lens oculi repagulis evellitur, Forlenza dum cataracta iride, haec vero cornea societate unitur, cuius tamen pelluciditas non ad huc turbata est, interpositis vicibus, cultro eandem reserat ad lineam offensione lata, qua iris a connubio separetur, acus obtusa adhibetur, tum per varios conatus solvendi in diversissimo sensu peractos, avulsa iride corneae vulnus amplificatur cultro cataractario, extorquet deinde iridem amovet hocque lumine capsulam et cataractam etiam si luce non orbas oculo educit.

Immigrat copia sanguinis et per oculi recessus diluitur, ut denique organon discrimini superfluo exponetur, dirigit rudiora saevus operator auxilia, injectionibus aquae tepidae quas satam mulcat oculi fabricam.

Verum si organon ab exitio natura effugiet, mirandum fore, quid subtilissima fabrica sustineat, quid valeat quid efficiat, quidque patiatur.

G I B S O N.

§. 22.

Modus procurationis Chirurgi Brittanici certis limitatus finibus praesertim in usum vocari patitur, dum omni libera vinculo iris, per plagam incisionis ad tres lineas latam, post depletionem humoris extrorsum sponte prominet, vel exhibita ad bulbum oculi pressione violenter expromta forcice praeciditur.

Ob vulnus corneae praegrande facile superstes pars pelluida obcoecatur, quod quidem ipse auctor sassus est.

*Gibson observat. upon artif. Pupil p. 99<sup>o</sup>*

B E E R.

§ 23.

Sub regione qua maximum corneae diametrum extenditur, inferius culter admovetur, u quadrans vel tertia pars ambitus corneae sejungeretur. Imponitur camerae anteriori hamulus, vel forcipes brachiis acuminatis instructae, iisque iridis substantia prensatur et extra oculi repagula evellitur in formam coni, ejusdemque basis sectio ad margines corneae per forcices Davieli expeditur.

Frustrat procurationem hamulo marcida iris,  
rumpitur quo tracta esset, et nonnisi rima Co-  
retotomiae quasi fructus promanat, quae obli-  
teratur effuso sanguine.

*Beers Ansicht der staphylomatosen Meta-  
morphosen des Auges und der künstlichen Pup-  
pilenbildung. Wien 1805.*

### D O N E G A N A.

#### § 24.

Compertum habuit iridem post operatio-  
nem modo Scarpaæ, ad ligamentum ciliare pro-  
pius accedere, fructusque conatus frustrare.  
Ad experimenta vasorum sanguiferorum iridis  
se contulit, quid causæ esset irriti eventus  
sciret. Idecirco divulsa parte iridis a ligamento  
ciliari ante injectionem, oculis usurpavit, ut  
quo magis vasa replerentur iris distendebatur.  
Diducta iride in ambitu rotario simulac pressio  
ferramenti cesserit, iris pristinum situm occu-  
paverat. Sanguinis vis effusi ex amota iride a  
connubio sueto, manat ostiolis vasorum chor-  
oideæ, quae per faciem anteriorem iridis minu-  
tissima serpent et arteriarum ciliarium anteri-  
oru, quae circulum corroborant ambientem  
marginem majorem iridis, formatumque a qua-  
tuor arteriolis currentibus scleroticam inter et

choroideam, certo spatio a se disjunctis. Inde infert omnem laesionem iridis processum ejusdem inflamatorum excitare, qui si textus iridis non discerperetur, majorem concitat sanguinis ad iridem affluxum, quo plena expanditur et lumini transitum defendit. Ad tantum munus operarium acu incurva, parte concava aciem servante, in cameram anteriorem per corneam demissa dum albugo non adeo extensa et camerae spatium amplum, vel in specum posteriorem in augustiis anterioris, vel iride adnata ad cicatricem cornea maxima ex parte sussusae, a margine iridis magno, usque ad centrum clausae pupillae iridem a ligamento sectione verticali amovendo, secat ad horizontem. Osservaz. 3, 5, 6, 8.

E nota tenacitate et tensionis gradu iridis, tum edocti cultros concava acie gravissime secare, laxata vinculis tunica jacet prae acie et tractioni obsequitur, quin scienderetur.

Della pupilla artificiale ragionamento corredato di ossevazioni e rami, del Chirurgo Carlo Donegana di Como. Milano 1809 p. 20.

„ Dopo di aver fatta questa breve operazione  
 „ ho dovuto rilevare, che feci nell' iride due tagli;  
 „ uno verticale a l'altro transversale. Il verticale,  
 „ quando feci passare l'ago, alquanto diverso del

„ Cheseldeniano, dalla posteriore nella camera an-  
„ teriore, perforando l'iride due o tre linee al di  
„ dentro del di lei gran margine, che risguarda il  
„ piccolo angolo dell'ochio, portando l'ago nella ca-  
„ mera anteriore colla parte tagliente rivolta all'insù;  
„ il secondo risultò transversale, allorchè spinsi la  
„ parte tagliente nell'iride nell'atto ch'estraeva l'i-  
„ strumento Tab. 3. fig. 17.

---

A R G U M E N T U M III.

*DE CORETODIALYSI.*

Ferme semper ad duos fines militamus, alterum hominis, alterum artis; quorum alter obscurus est, alter scientiae determinatus. Opus est autem in utrisque his etiam fortuna.

*Hippocr.*

§ 25.

In cumulatissimis rerum ab industria medicorum congestarum molibus, id haud raro occurrit, ut quae observanda natura suggesserit, vel avolant ex gravi socordia neglecta variorum eventuum notatione, aut in scriptis enotata oblizioni traduntur, qaeque inde sequentur cognitiones sine usu, tempore delitescunt.

Stat diu perennabitque in immortale tempus progenies humana, tempus intra et spatia fluctuans, in tot casus, calamitatesque ruit, et omni modo fragilem fabricam diversissimis offerit morbis. Et nobile visus organou summo in vertice positum tot injuriis opportunum, sane vario modo affectum fuisse, defraudatum-

que illecebra lucis. Testantur observationes, quam sibi dira perplexa necessitate viam redintegrandi ammissi sensus natura straverat.

Ephem. acad. nat. cur. anno Vet. VI. observ. 108.

Waltneri; pupilla e situ centrali vix non in album oculi translatâ est, nulla amplius arte restituenda, salvo interim visu tam quo ad aciem, quam ad modum videndi naturalem.

Jam in ephemeridibus academiae naturae curiosorum legitur, iridem intra labia vulnetis corneae procidisse maximaque ex parte in carceratam, naturalem pupillam anihilasse, tum denique ex agentibus specu posteriori locatis partibus fluente tensione, divulsa ciliari a ligamento liberum luci linquisse spatium.

Odelhius narrat in *Act Havnien*s T. 27 p. 504. Tab. XI.

*Collectanea societatis medicae Havnien*s Vol. 2.

Nec minus in actis Havnienibus memoriae mandatur imagoque aere incisa oculum exhibet, cum iride distorta a ligamento in ambitu exteriori, violentiaque extus illata pupillam vicariam parvi oculi piscini magnitudinem referentem paraverat.

Et mihi simile videre contigit Parisiis sedulum adhibenti animum in modos operandi. Dris Roux dexteritate omni calentis qua chirurgus ornari queat. Sub opera extractionis disceppta capsula, cum nullo parco cataracta oculus liberari posset, operator pressione digiti quasi ex intimis lenticem vinclis dirimendam exoptans, iridem a ligamento nexu recedentem viderat, spectator ipse mutanti acum depressoriam porrexi, utque lentem in humoris vitrei prosilientis recessus vix non reconditam, deprimere admonui. Strata cataracta ad fundum antri, post tempus aliquod resorptus sanguis, vicaria pupila fungitur naturalis officio.

Et Janin in ophthalmologicis trium casuum mentionem injectit Coretodialyseos spontaneae.

1. Hoin protulit exemplum militis, qui in percusso oculo, pupilla promanante comode usus est.
2. Chaussier in aurigae observavit oculo flagelli ictu petito, qui sibi vicariam cum damno naturalis pupillam vidiit advenire.
3. Ipse Janin in oculo perspexisse dicit, cuius cornea vortice purulento discriminose exulcerata, protrudentis sponte inferiorem

iridis partem amplexa est, et quo magis tempore cum cornea iris nexu firmabatur, iris ex opposito quinque spatiis a ligamento ciliari graviter tensa distingebatur, indeque totidem pupillae originem duxere, motu ad oculi axim gaudentes.

Sunt et Wenzelio memorata digna. Nam operariam ministracionem exhibenti in D<sup>na</sup>z Partin oculis prominentibus exquisitissimaque sensilitate donatis, iris reserata cornea inferiori et externa ora, a lente anguste pressa portas ei dedit, humorique vitreo; subsequutus collapsus naturalis, vicaria pupilla munus ministrante.

Devectus egomet Cracoviae a Prof. Lewkowicz familiariter congratulatus praesens auxilio extractorii cataractam spectantis, cornea secta cristallum per novam spasmoque muscularum oculi formatam iridis dissolutionem magno impulsu ad pectus operantis proiectum notavi.

§ 26.

Si fabularum natura veram actionum effigiem nobis praestiterit, nosque aut nugis deletando ad rectum vitae modum ducit, aut saltum hominem vario aspectu pictum reddit, certe quam in C. T. Solino legimus, suppeditat

materiei nostrae, jam longo ex tempore homines observasse plures in oculo pupillas. Fatur nempe Polyhistor „ Apollonides perhibet, in Scythia feminas nasci, quae Bityae vocantur, eas in oculis pupillas geminas habere (et *perimere visu*), si forte quem iratae adspexerint. Forsan sub ira nixu muscularum iris antrosum sanguine scatens a ligamento abscedit. Certe desunt que fidem faciant, vero contrarium testantia dantur. Mirandum tamen, quod positis hisce a natura desumptis observationibus ad incrementa artis eadem non contribuere, nec prius quam ab Assalio auxilium naturae inter ministeria artis operariae vocatum est.

#### A S S A L I N I.

##### § 27.

Quum totidem iridem a connubio suo dirimi et non difficile, conspicerat, ad experimenta in cadaveribus et animalibus ut securius ad locupletandam artem rem adaptaret, solerter animum contulit Anno 1787 primum in Rosa Ferrani puella viginti quatuor annorum cataracta capsulari et lactea moestam ad instrumentum novo scopo conveniens consugit. Nam secta cornea et disceptra capsula lentis, emissoque latice caseoso, dum iridi capsula mo-

rem gesserat et visui obliterat, introducto forcipe, prehensaque inter laminas iride, tunica hæc a junctura divellebatur. Effectus distractionis ejusdem orificium ovale i. e. pupilla nova operæ pretium imposuit.

*Ricerche sulle pupille artificiali di P. Assalini p. 15. Milano 1811. con cinque tavole incise in rame colorite.*

B U Z Z I.

§ 28.

Obcoecatae seminæ ex cataracta extracta subsecivaque contractione pupillæ, auxilia serens, acum formæ lanceolæ in posteriorem oculi antrum immiserat, atque in regione superiore lineam superius a pupilla constricta iridem penetraverat, obversa dein planitie acus ad iridis faciem, per anteriorem cameram promoverat, tum acumine retro in corpus vitreum demerso, projectam præ acie iridem deorsum trahens vinculis solverat. Ne vero sanguis sub opere manans, molestias pararet, id consultum habet atque permagni interesse ratus, ut ministratio perniciitate practicandi ornetur, opusque certius evadat.

In hanc auctoris sententiam abire repugnat agendi ritus, ineptum est certe consilium perficere per anfractus si alii nunc certiore via idem peragendum suadent.

S C A R P A.

§ 29.

Quam praesens decori suo dicit ætas, a quo tot insignibus inventis locupletata exornataque est ars chirurgica, Scarpa summis inter viventes Anatomos adnumerandus, hanc sibi jure vindicat methodum, qua acu recta per sclerotica in posterius oculi cavum demissa ad circuli majoris marginem iridis petens, eaque transfixa ad angulum oppositum ducebat, ut iris a connubio cum ciliari ligamento dimoveretur, e medio spatii dispulsorum iridis et ligamenti ad centrum pupillæ triangulum excurrit.

Sub immuni capsula et lente Scarpa ab opificio destiterat, quod quidem Leveillé in annotationibus ad opus celeb. viri suadet, ante auxiliationem capsulam discerpendam lentemque deprimendam.

*Saggio di osservazioni e desperienze sulle principale malattie degli occhi, di Ant Scarpa Cap. XVI.*

Scarpa abh. über die Augenkrank. nach  
Leveille ausgabe übers v. Martens Leipzig  
1803. T. II. S. 132. fig.

S C H M I D T.

§ 30.

Viennæ rebus medicis inelytae variisque  
hominum ingenio exultis artibus, celeberrimo  
a viro morbi oculos qui tenent singulari  
assiduitate et solertia persequebantur. Inca-  
sum Schmidt suspectias ferre ex moliminiibus  
Wenzelii Janini quæsierat, alteque animo volu-  
tans, in novam eodem ferme tempore quo Scar-  
pa in artem incidere sibi visus est, inscius an  
aliorum modi exstarent, ad eamque notatione  
perductus aurigae loro percussi cui iris in an-  
gulo qui ad nasum positus est a ligamento a-  
vulsa, vicaria solabatur pupilla. At diu nu-  
tantem sequens adspiravit casus. Quum enim  
1801. cataracta Leucæthiopis ex oculo extrahe-  
retur, adhucque laminæ dilaceratae pupillam  
ossunderent, forcipe aliqua cum vi et ruditate  
inscius eas uyea cum vincas esse, ex magna  
parte ambitus iridem diduxit. Patrato actu,  
quam haberet spem penitus ammisit ob san-  
guinis colluviem qua totus innundabatur oculus,

subsecivamque inflammationem, pedisquamque suppurationem.

Tristis artifex compertum habebat ex tali advesitate nunquam ferme non exitii discrimen subesse, causamque damni improbrans, summo excipiebatur gaudio, ægro sibi visu restituto lætante gratias agendi causa venire. Nec amplius mora fregerat tempus, primaque facultate, secta cornea disjungendam per forcipem iridem nititur, fausteque caligo fugatur. Successu temporis primo acu recta per scleroticam munus instituebat, edoctus difficultatibus artem stipari, incurva, in verticem vero sat latum desinentem latiore acu Scarpæ quam sibi ignorasse fatetur officium expediverat, mersa per scleroticam si depressa lens jam prostrata in cavi imis jaceret, si vero quam recluderet oculus in centro, vitreo commiserat humori, acus ex angulo interno ad nexum orae majoris inter ligamentum ciliare promicuerat, dein quam falce acus amplexerat, iris distringebatur ducta ad angulum temporalem. Vel demum per corneam pupillam positurus quo tutius iris amoviri siverit in angulis basin trianguli pupillaris sistentibus apice innixo per artis intercapdines vulneraverat, tum prensa in medio dilace-

rata tunica ad centrum pristinae vergerat pupillae.

*Ophthalmologische Bibliothek von Himply  
u Schmidt T. 2. Stueck. I. p. 31. Jena 1803.*

*Ibidem p. 41.*

*Animadversiones ad Coretodialysin Schmidti vel*

S C A R P A E.

§ 31.

Quae de vulnero per scleroticam per nobilissimas specus oculi posterioris partes tendente diei possent; omnia circa easdem quarum laesio maximi est aliquando damni, aguntur. Cæduntur enim arteriolæ tunicae vasculosissimæ choroideæ, dilaceratur vel vulneratur nervus ciliaris qui per superficiem ejusdem perreptat saepe ofensa ciliarium processum corporis ciliaris, perniciem struit et maxime in pueris vel aegris iuquietis agitantibus, volutantur oculi iniquissima violentia, et acus situm non servans in viciniis insigitur, incolumis adhuc dum lens e sede expugnatur obcoecatur, vel si jam sussusa depressa in imis cubat, extruditur commoda sede, hicque locatur quo vicaria ponenda est pupilla. Praesertim si sub atresia munus expletur, non lentis capsulaeye aut iri-

dis rationem computare posses, ideoque offenditur quod offendi non licet. Si lentem in pristino situ non tetigeris, spatium processus ciliares inter et marginem tectae flavedine lentis per-exiguum erit ut lux retinae admittatur, non remotis processibus ciliaribus discrimin facillimum subsequae occlusionis. Licet amoti essent processus ciliares, id tamen non alio nactus eris pacto, nisi turbando e sede lentem, propter nemum eorundem cum corona ciliari et capsula.

Lens ipsa ob marem corporis convexi, imissae acui per angulum oculi externum in posteriorem cameram, vetat processus ciliares eliminandos, situm nam eorum ex horizontali acus agendi modo e sphacera devastationis locando inferius natura amoverat.

Posita camera anteriori perangusta acus inopinata corneam forat antequam ex iride promicuerit, tum humor aqueus amittitur et camera penitus consedit acus porro moveri nequit.

Acus innititur iridi quam sibi hypomochli vicem gerere exoptat, si tunica haec quamcumque alienationem experta sit, aut marcida dirumpitur, aut coriacea adeo tendi patiens est quin laceretur.

Iris natura eximia donatur tenacitate, ideoque ubicunque a ligamento dirimitur, si-

mulae acum retraxeris, pristinæ positioni obsequiose obedit, expanditur sensim sensimque, et opus irritum evadit; vel si demum parva nec scopo idonea coronetur pupilla, inflammatio obturandam lympha aut pure curat, vel non dislocati processus ciliares lucem excipiunt.

Fidem prolati exemplum firmat, a Prof. Beer in puella octodecim annorum sub pupilla rimali in longum protracta, fibrisque radiatis non sat tensis visum; incassum laboraverat ut iris avelleretur a ligamento ciliari, haec nempe in plicam sese conjecterat, acus tractioni morem gesserat non ligamento decedens.

*Ansichten der staphyl. Metamorphosen des Auges und der künstl. Pupillen-bild. Nachtrag. Wien 1806.*

Et id non praetermittendum, quod prius quam iridem vulneraveris, ut ea dirimatur, haemorrhagia finem operis incertum reddit; est enim corpus ciliare omni tempore sanguine referatum, laesum magnam offuscanti rubore succi copiam fundit, replentur camerae oculi et quo agas visu non cales.

Haemorrhagia simul et exigua admodum pupilla culpam subsecivæ cataractæ cruentæ praestant.

Non minus et Beeri claris: methodus in has objectiones incurrit, quum iridem foret prius ad angulum oculi externum per sclerotican, et plane locus ei non datur, si iris corneae accreta sit, seu in angulo externo suffusa ita, ut operator dubitet, an jam acus iridem foraverit vel non, si perget, acum in corneam figit.

Praestare eam dicunt quando sat amplum spatium iridem inter et corneam cum atresia iridis invenitur, vel medium corneae obscurante albugine pupillae ex adverso, ubi acus per lumen pupillae educi patitur.

Ad ambitum iridis majorem; intervallum distantium tunicarum valde coaretatum, augetur quo ad pupillam vergitur, ubi tamen Corodialysin atresia pupillae exposcit, camera anterior saepe ferme obturata comperitur, aut plane evanida, acusque sine laesione corneae per iridem nullo pacto in cameram anteriorem educitur, quippe ea pars acus eminere debet ut hamuli ad instar agere posset, ideoque ex tota incurvatione ejusdem uti necesse—opus quam difficillimum et supervacaneum ubi caligo corneae nexus iridis adversitates auget.

Hic ex praegressa inflammatione iridis status subyenit, art praesente cataracta dura, ut subdiaphana appareat lentemque suffusam

monstrat toto in volumine, acu vel hamulo atrectata, hunc tractum regionis elacerare substantiae suae admittit, quo ferramentum ducitur. Morbidam et singularem conditionem ipse testatus sum Lutetiis in hospitio Hotel Dieu, in femina post extractionem iride multata. Admonui eximium Dupuytrin ad hamuli usum; secta cornea cultro, insinuatur hamulus per angustam cameram anteriorem, ad orbiculum ciliarem usque, prehenditur iris, rumpitur, pupillaque rimalis brevi obliterata cernitur.

LANGENBECK et BONZEL:

§ 32.

Similes methodo operandi, in eo divergunt a se invicem diversi oppido, quod Bonzel Rotterdamensis firmato oculo per hamulum in sclerotica mersum corneam in margine exteriore vulnere ad duas lineas lato reserat, infixoque  $\frac{1}{2}$  linea procul ab orbiculo ciliari, cunctando cautus a ligamento iridem dimovet. Langenbeck vero quem munus administrantem ipsem spectabam unco intra vulneris oras iridem aductam, custodiendam labiis plague committit, et ne simul ac cesserit tractio iris protenus ad iddem quo ante fuerat contraheretur spatium,

frustrareturque auxiliatio, incarcerat imposito  
palpebrae superioris pondere

*Journal der prakt. Heilkunde v. C.W. Hufeland u. JCh. Harles I. St. p. 47. 1815.*

R E I S I N G E R.

§ 53.

Degentes Viennæ sedulo observavimus  
divulsam iridem modo Scarpæ vel Schmidtii in  
antiquam recedere sedem eventusque operatio-  
nis irritos reddere. Reisinger ratus aliquo ar-  
tem incremento locupletare, difficultates ærum-  
niasque levare ægrorum, ex nova sibi excogita-  
ta suppellectile certitudinem ministerii quæsi-  
verat; struitur idcirco forceps ad qua amygdalæ  
faucis excidendæ tenuntur effigiem, nec in bene-  
sat concepta, præmeditata opera omne perdidit  
emolumentum. Præstat enim forceps alios a  
paratus in tutiori amovendæ iridis negotio,  
semelque quod tenet oculo educit. At idoneæ  
omni forcipi talis propemodo fabrica con-  
gruit, ut muneri sibi tradito non solum con-  
veniat, sed etiam facile sese partibus accommo-  
det, ut eo probabilius ex more aut desiderio  
succedat res, nam ubi adversum obtinet, diffi-

cilis laboris et incerti exitus timor justo subest; tum iris expedite ducatur oportet, æque prehendi, contineri et ad positam permoveri limitem possit, absque læsa integritate partium oculi mobilium, quæ natura interno oculi recessu recondidit et lucis ad nerveam delationi sacra voluit. Sin minus ad hæc proposita confert vel alio errore officitur ineptam et supervacuam ducito. In quantam forceps Reisingeri peccat sequentes conducant annotationes. Ut in tractanda per forcipem iride fortunæ spes sit, ipse etiam inserendi conatus sine molestia fiat necesse, laminæque vertice infimo non reluctanter immitterentur, nec aliis adversitatibus impediti ex facili quoque hamuli iridem prehenderent. Si cameræ vero anterioris tam prava sit ratio quod nec brachia permoveri queant vel adpressa corneæ iride, plane extincta sit, vacuum est propositum camera hæc agi, secluditurque usus ejus; quin imo Coretodialysi per forcipem hanc nec forcipi locus est, neque hæc datur solatio, ut quamvis in juncturam ductæ sint laminæ gemini que hamuli unum efficiant, non adeo mollier applicatio cedit, quin impeditio ab angus-

tia cameræ pendeat; nam premente motu oculi continuo, difficillime absque attractatione corneæ aut iridis insinuatatur brachium ejus, eo minor spes adest adigendi eo, ut pergentes ad ligamentum ciliare disjungatae eant ad locum utrumque suum. Intricatae ex violenti agitacione organi in cornea aut iride maximum operanti injiciunt timorem dirissimarum insidiarum. Similibus periculis stipatur hæc procura ratio exitu ac sub impositione, præsertim si ex inciso vulnere duarum linearum quod quidem maxime sibi cavet auctor propter iridem vertice extracto intra margines incarcerandam, emergantur.

Convexitas hamulorum in arcto recessu quo se iris ligamento ciliari sociam præbet, prohibet ut ad justum accedant nexum, eumque dirimant.

Immersis hamulis brachia non apte distrahisinunt, et ratione simplicis agunt, quod conceptui inventoris ex toto oppositum esse videtur.

Propositorum omnis Coretodialyseos esse debet insontibus cunctis partibus, itaque ut absque peculiari et insigni aliqua noxa effici

provisum tibi sit, ast certe hac sub opera læsa iride, dein correpta uncis, aut lentis capsula aut cornea, si extractionem forcipis tentaveris omnia certe ex oculi repagulis dilaceraveris, ut ipsa quidem bulbi destructio sub sævissimis doloribus pertimescenda erit.

Camera anteriori ita conformata, ut ad transmittendam quo congruat innoxie forcipem locus detur et brachia ad concinnum distrahi modum patientur, et iris commodissime distracti gatur, prehensa hamulis pro varia mutationum ratione quas subiverat, majore hiatu secedet, qui etiam hiatus ad ambitum totum connubii iridis poterit urgeri, uti in homine in instituto clinico ophthalmologico Viennæ in præsentia auctoris, oculis usurpavimus, qui idcirco ut gravis stimulus lucis minueretur velo sericeo viridi semper uti coactus est. Patet nervea stimuli lucis prægravissimi impatiens, in atras sese æger latebras receptat, diem vitat vitamque misere trahit.

Si vero cataracta quæcunque oculo sospitatur, sane ex junctis hamulis artem, qua ad imum detruditur lens frustra expectaveris, totus qui sis in perpetuo fluctuans discrimine

damnosus aliis partibus fieres. Demum ob  
subtilitatem hamulorum eximiam, ex ipso amo-  
vendi iridis munere, unci varium ad modum  
inclinantur distorquenturque.

*Darstellung eines neuen Verfahrens die  
Mastdarmfistel zu unterbinden und einer lei-  
chten und sichern Methode künstliche Pupillen  
zu bilden p. 41 vom Fr. Reisinger. Augsburg  
1816. mit einer Kupfertafel.*

---

## C A P U T   III<sup>tiua.</sup>

Methodus nova ad speciem forcipis  
Reisingeri.

### § 34.

Expositis huicdum diversas circa varias medel-læ adstruendæ opiniones, circumspectis ex inventorum, eventuumque justa consecutione obiter rebus, ad finem quod nobis in implicita morborum indole seriem offensæ pupillæ comitantium esset consilium, qui ritus artis sub-jungamus oportet, neque his locis uti technica, aliena videntur. Priusquam autem de more auxiliationis locuturi, placeat ut strictiori non-nulla disquisitioni subjiciantur.

### §. 35.

Multimode conditiones imperant ministracionem operariam, nam,

1. Vel cornea immuni et pellucida, partibus vero oculi recessui traditis, morbosa aliqua

affectione damnatis, processu vero morbi  
penitus extincto oculoque ex labe recreato.

2. Vel cornea iam metamorphosi quavis  
mutata, offuscata, umbra cicatricis vel ali-  
ove modo velata, internis autem partibus  
omni calamitate incolumbus.
3. Vel denique et cornea et internis parti-  
bus integritate alienatis,  
alius erit agendi modus et virtus, et ferramen-  
torum selectus ferme unicuique proprius.

Recte autem fiunt hæc: morbos cognosce-  
re, qui sint et a quibus, et qui ipsorum lethales;  
et non lethales et cum cures, possibles  
quidem curare, impossibilis vero scire, cur cu-  
ratu sint impossibile.

*Hippocr.*

§ 36.

Indicationes pro vicaria pupilla sub statu  
primo.

1. Pupilla jam ex partu cum obice quocon-  
queque inepite membranam pupillarem  
relictam vocant, obturata.
2. Vel coarctata et luminis ad transitum  
haud idonea.

5. Pupilla velo donata seu angusta ex prægresso inflammatoriō processu in specu oculi posteriore, scilicet clausa concremento plasticae lymphæ oculis vasorum uyeæ exhalatae.
4. Pupilla in rimam perangustam redacta ad horizontem vel verticem posita, causam inflammationem inculpans.
5. Infarcta concreto albumine et fibra et perexigua.
6. Vel visus maxime agravatus a fluctuantibus retro pupillam laminis discerptae lentis capsulae.
7. Cataracta lenticularis juncta atresia iridis, ideoque nec quidquam in fuganda priori Keratonyxis valeat.
8. Suffusio capsulae, lentisque firmiter iridi adnatae sub pupilla admodum coactata, quin locus Keratonyxidi detur.

§ 37.

Ratio operandi sub corneae statu transparente et atresia pupillæ, semota iam prius ex oculi axe lente, dum vicaria ut nasalem pupilla spectet angulum, trium linearum corneae spatium requiritur a margine ciliari, quo iris sit amovenda remotum, itaque non procul ab

externo corneae margine, idque intervallum maxime congruum ne diducta nimium tendetur incarcerata iris, et in pristina regressura esset jura, tum ob plague subsecivam obnubilationem, quae saepissime effectus pedisequi processus inflammationis est. Fit idcirco plaga cultro ancipiti ad sesqui vel duas lineas lata per eamque agitur forceps hamulis terram, plantie vero iridem obversis junctis, convexitate autem angulum superiorem vulneris spectantibus. Quo ventum in cameram anteriorem convexitas ad cornicam revertitur, acumina vero per iridis faciem feruntur. Si tandem hamuli ad ligamentum ciliare versentur, panduntur lineamque ad duas a se invicem dilatantur elasticitate sibi innata, immersuntur tunicae versicolori, et clausi ex oculo evolvuntur. Sistit trianguli dilacerata iris figuram cuius basis quadrantem circuli iridis, apex autem medium occupat. Demum convexitate hamulorum illa ducta ut vel plague inferiorem vel angulum superiorem tetigerit, iris extracta labiorum corneae vulneris custodiæ defertur, quin autem de novo in specum decesserit pondere palpebrae congeratur. Sanguis opera exacta cameras replet;

Constant iam ipso auctori adversitates; suadet enim si hamuli intracentur exeundo, reducendos denuo esse, si iridem arreptam amiserint, eam denuo prehendendam. Facile dictu grave et nefas factu.

*Corectodialysis.*

§ 38.

Technico actu hoc fere omni tempore utiliatur, sistens modificationem Corectodialysis, ejusque auxilium tutat; nam iris semel a ligamento ciliari abducta ut securius lumen vicariae pupillae perennet, haec auferunt iridis pars quae ad oras vulneris corneae jacet, prout necessitas jubet. Assalini primus ad salutem ministerium adhibuit. Facilius mea perficitur forcipe, de qua infra.

§ 39.

*Indicationes pro cornea alienata vero partibus internis illæsis.*

1. Obnubilatio, cicatrices aut quaevis offuscatio corneae nulla arte victa campum lusus pupillæ infestans, nec instillato extracti belladonae liquore sat spatii impertiens ut superato pupilla suffisionis ambitu radiis lucis salutaretur retina.

2. Cicatrix vel leucoma ad tres corneae quadrantes vel amplius expansa diffusaque.

§ 40.

*Indicationes sub metamorphosibus complicatis corneae et partium aliarum*

Nec minus sunt certe status qui inter se invicem mixti ex enumeratis supra compo-  
nuntur.

1. Et cornea quidem ex toto pellucida rema-  
net, inepta sit tamen muneris sui, pro-  
pter iridem, quae sibi ex superficie interna adjungitur, mediate ope pseudomem-  
branae, vel immediate, tunicae specie inte-  
grae invicem nectuntur, ac durante oph-  
thalmia interna saepe contigit.
2. Laesa plaga cornea, amittitur liquor aqueus, inter vulneris labia iris retro pressa procedit, insinuat sese, vexat pupillam graviter vel penitus irritam reddit, sanan-  
tur labia, nec vestigia quasi noxae super-  
sunt, vincitur nihliosecius pupilla adhae-  
sione iridis, imaginemque fraudulentam atram linquit, ne tamen credas colori,  
namque planities nigra quasi pupillae a ne-  
xu iridis simulatur.

3. Vel laessa lamina exteriori corneae; interna ejusdem haud idonea prementis vis a tergo ferre nixus aquei humoris, cum protrusa simul ad suam faciem internam iride, vesiculam e cornea propullulantem fingeat, Corneoritocele dicunt, aglutinata idcirco iris corneae, vario damno pupillam affigit.
4. Non admodum rarus casus iridis junctae cum cornea quam maxima ex parte tegit caligine albedo, similem post ophthalmias variolosas, arthriticas, syphiliticas, vel inflammatione conjunctivae ad corneam, iridem, capsulam lentis provecta cernuntur.
5. Corneae status praeter perexiguum intervallum inquinatus, cum iride, pupilla et capsula lenteque offensa:

§ 41.

Quæ in dissertatione Tubingensi narrantur, circa pupillam struendam in sclerotica, cornea perfecte obcoecata, magis inter immaturos conceptus, singulari imaginationis quasi aberrantis impulsu referenda, quam rem audiendi dignam praebeo; nam a venerando mihi Beer prolata de staphylomaticis sat evincunt lectorem experientia probata, lympham ad stra-

ta sese ponere et brevi obscurare, idque cum  
omni alia simili processu tunica progerminan-  
te fieri, quis non persuasus desistat.

*Dissertatio de pupilla artificiali in scler-  
rotica aperienda etc. L. Schmidt praesid. Au-  
tenrith Tubingae 1814.*

*G. J. Beers Ansicht der staphylomatoesen  
Metamorphosen des Auges und der kuenstli-  
chen Pupillenbildung p. 76—7 Wien 1806.*

§ 42.

Ad momenta agredior quae positis statu-  
bus morbosis enarratis, auxilium ferre vetant,  
ne oculus exitio commiteretur, indeque con-  
traindicationes nominantur.

1. Amaurosis organica, dum vasa retinae san-  
guifera novam fabricam orsa sunt.
2. Amaurosis ab extincta retinae sensibilitate.
3. Metamorphoses choroideæ ex praegressa in-  
flammatione praesertim syphilitica aut arth-  
ritidis filia.
4. Status vasorum Stenonis varicosus.
5. Atrophia bulbi oculi.
6. Morbi corporis ciliaris et tunicae hyaloi-  
deæ et corporis vitrei.

7. Vulnerabilitas a quavis dyscrasia vel diathesi inducta.
8. Visus incolumis quo alter oculus laetatur.
9. Recens laesio oculi a quacumque causa, nec sanum vel recreatum ab afflictione organon.
10. Labes universalis organismi, tum praesertim manifestis sub vestigiis alienationis materiei organicae, vel in scrophulosis aut scorbuticis, tum arthritide vaga, aut alia, dum in culmine versatur, et syphilide vigente.
11. Morbi cutis praecipue exanthemate herpetico tinea, variolis scarlatina stipati.
12. Arcus senilis qui ex maxima parte corneam obsederit.

§ 43.

At non desunt conditiones quae nonnunquam auxilium damnant, alio sub casu jubent, nam melius experiri remedium anceps, quam nullum. *Celsus*

1. Non absque summa difficultate finitur certa retinae sensibilitatis ratio; clausa sunt janua lumini, nec qui excitet gratam imaginum notionem datur stimulus.

2. Que

2. Quae de viru syphilitico narrantur in gravi discrimine versatur, an certa ejusdem vi-damnosa oculus plectitur, vel subest ad-huc diathesis vel dyscrasia? sat seepe in dubio haeremus; tum quo tempore peni-tus extinctum sit, omni praesagio caremus.
3. Vulnerabilitas oculi diversas spectat individualites organicas, nec ad spatia tem-poris metiri sinitur; et vulnerabilitas cu-tis Schmidtii
4. Multae sunt opiniones de varicositate o-culi, aliam sibi celeb. Beer colit, aliam mihi vindico. Morbus hicce novissimis tem-poribus quo ad nomen notus, evolutione sua visui invita, jacturam sensus nobilissi-mi perficit, et diversimode a variis descri-bitur. Contigit mihi primum in instituto clinico Viennensi observare, aegros venis ad circulum corneae in sclerotica vel potius scleroticam inter et tunicam choroideam turgentibus laborantes, spe destitutos, di-mitti. Tristi puellae permotus sorte saepe mecum volutans, an varicositas haecce, absque omni congestione ad caput san-guinis, ab affectione oculi rheumatica in-ducta, laticem rubrum servasset. Pari-siis sectionibus cadaverum operam na-

vans, utriculos caeruleos speciem vasorum sanguine refertorum, flexuositatem imitantes in sclerotica diffuse positos conspexi, maximaque cum sedulitate rem scrutans eo deductus sum, in textu cellusoso intra scleroticam et choroideam posito, serum vel fluidum aquosum accumulare et parietes distendere, pressa vero retina, amblyopiam vel amaurosin invehere. Brevi tempore in numerosissimo hospitio *Hôtel Dieu* puellam perfecta valetudine gaudetem coecitate mulctatam dolebat animus. Ad sunt dilatationes varicosae, deficiente visus sensus, scinduntur utriculi coerulei, emittitur serum subflavum, vero sensus non restituitur.

Id beneficii hac observatione in usus operarios redundare posse arbitror, ut status oculi subvaricosus, adversitate contra ministerium non pugnet.

5. Verum morbi corporis vitrei non omnes molimina technica secludunt, evidenter elucet ex periculo a Dr Adams instituto, sub synchisi seu solutione aquosa humoris vitrei, posse fausto cum eventu ars subministrari.

6. Alienationes annuli iridis maioris et minoris ratione coloris, cohaesionis et situs, ut inde passiones interiores evincantur, sane quam maxime nutantibus annuinerantur conditionibus, nec arbitrio meo aliquid certi eo inferri vel investigari datur.
7. Sunt qui sub cornea ad lineam spatii pellicula ad ambitum circularem, omni opificio desistendum esse intendunt, praesertim quum iris internae ejusdem faciei aglutinetur. Alias nostra mens fovet rationes ex observatione desumptas. Dicitur nempe puer duodecim ferme annorum in hospitium Hotel Dieu Parisinum, cuius cornea nisi relicto per exiguo spatio, albugine ex variolis infestabatur, irisque eidem sociam sese prestiterat. Immergitur acus Scarpae a celeb. Dupuytrin per scleroticam; itur ad ligamentum ciliare in angulo nasali inter iridem et capsulam et lentem incolumes, diducitur tunica vinculis incongruis et ligamento ciliari, et puer post septimanam visu donatur. Exultante gudio matre assumitur socius ad tabernam *Caffee d'Apollon* parietibus speculis splendenter ornatum, fulgoreque lucis flammante coecantem. Introitu, stimuli vim insueti exper-

tus, inflammione et caligine aeterna imprudentiae matris poenas luit.

8. Amaurosis labe arthritica vel syphilide per inflammationem membranae Ruyshii et nonnunquam retinae oculo invecta, tollitur remediis permutationi materie organicae faventibus. ex. gr. oxymuriate vel submuriate hydrargyri interne sumptis.
9. Arthritis non raro sat insons oculo parcit, quin imo peracta operatione pro pupilla vicaria audaciam non vindicta plectitur, uti ex observato casu Adamsi legitur.
10. In atrophia oculi incipiente Adams nihilosecins remunerabatur pupilla munere fungente.

§ 44.

Enucleatis seorsim conditionibus, en ceteram qua ars stipatur periculorum.

- a) Inflammatio cornea et varii effectus eiusdem.
- b) Iritis et uveitis maxime intensa, albumen et principium fibrosum fundens, spatiumque vicarium obliterantia.
- c) Hypopium destructio bulbi oculi.
- d) Suffusio sanguine camerarum et obnubilatio subseciva capsulae lentisque.

- e) Involuntriae diductiones palpebrarum.
  - f) affectiones nervosae, nausea, vomitus.
  - g) obcoecatio totius corneae.
  - h) Suppuratio labiorum vulneris corneae,  
vel offuscatio in ambitu ejusdem alte vergens
  - i) staphyloma.
  - l) amaurosis organica.
-

---

## C A P U T IV<sup>tum</sup>

§ 45.

*De instrumento quo ad salutem iuvo.*

Non ergo sequor priores? facio, sed permitto  
mihi et invenire aliquid, et mutare, et relinquere.  
Senec.

Si quae magis ad munus explendum con-  
grua proferre audeo, candide et absque conten-  
tione promulgata esse vellem, non me glori-  
ationes juvant vanae, alia subest gravis et ra-  
tio princeps, quae meum consilium imperant,  
et cum specie excusationis fovent. Idque ipsum  
officium petit, ut quae breviori via prospere et  
aptissime fieri vel omitti debeantur, pensa aequo  
censu et intellecta non per ambages fierent.  
Nec id sibi persuasum habeo, ministerium me-  
um unicum aptissimumque omnia connecta supe-  
rare, ubi indignationes capere vetant id, re-  
miniscere, impetrare posse per alia quod nul-  
latenus quivit per forcipem si vis meam.

Nam si instrumenti usus haud prosperet  
aut minus videatur congruere, ea saltem insit

humanitas artifici, ut tempeste perpendat, abstineatque a precoci procreatione, priusquam exitium organi patratus esset. Inter cunctas artes pro vicaria pupilla excogitatas, negari nequit, quam forcipe exercemus omnium praestantissima est, et praetermissa artis utriusque periculo Coretotomia imo Coretonectomy substitui semper fere a Coretodialysi, hae vero illi perraro queunt, est tamen certe, ut acus modo Schmidti ubi vix expectabatur, aliquando ad visum reducem faciat.

§ 46.

Celeb: Zang cuius si sequremur sententiam, Coretotomiam fere ex coetu ministrionum eliminassemus, suadet, quod si itaque usus ejus aliquando esse potest, tum demum videatur indicari, quum pupilam *membrana Wachendorffii* tegerit irisque ex toto ambitu vel ex quacunque parte adeo tensa sit, ut secta, labia plague sponte a se recedant.

Zang's Darstellung blutig. heilkundig. Operationen 2. Th. p. 182. Wien 1814.

§ 47.

Longe sententia hacce deflecto, fulcior enim auctoritate Adamsi quamvis ferramenta eius mihi inepta censeo.

1. Convenire Coretotomiam sub tensa iride  
præcipue circulo ejus minore autumo, fa-  
tur enim *Ruischius*.

*Se tantum circulum minorem praedi-  
tum esse existimare fibris circularibus*, lucu-  
lenterque pericula Adamsi corroborant, qui iri-  
dem medio scindit felicissimo cum successu.

2. Dum labiis corneae illabitur iris, pupil-  
laque deletur, vero camera anterior præ-  
ter septum e facie iridis proveniens non  
angustatur, et ut saepe cicatrix evanida  
est, vel si minus offuscata sit, introducto ca-  
mera anteriori per corneam *Keratomo*, a ne-  
xu innormali separatur circulus minor,  
parsque adherens corneae, adimitur, rece-  
ptat sese iris, lumenque centro locatum  
vel quo vis loco, dilatatur et ambitu suo  
nubeculam vicit, dum non sponte, vero  
adhibito extracto belladonnae.

3. Cornea adest transparens, stringitur ca-  
psula opaca et lens luce priva ad margi-  
nem pupillarem iridis, admoto *Keratomo*  
per corneam, sectio fit circuli minoris iri-  
dis et capsula dilaceratur, lensque sinditur,  
et resorptionis negotio traduntur.

4. Post cataractam oculo extractam non ad  
inflammationem prono, si pupilla angu-

staretur ingestu cultro per corneam scindi-  
tur iris ad verticem, et secunda vice ad  
horizontem in medio.

§ 48.

Laesio corneae exigua Keratomo illata  
disparet facile, nisi in oculo quoque viru  
inquinato. Artis ritus per corneam agendi pree-  
stat aliis in oculis alte in orbita depressis, vel  
dum fibris aut membrana pupillari fascinatur  
margo, immerso cultro per sclerotican, secan-  
do fibrillas vel forando membranam vinculis et  
impeditonibus pupilam liberat.

Corneam forando imponitur Keratomus su-  
lico qui angulum sive latus internum unguis di-  
giti indicis circumdat, ut in Keratonixide Lan-  
genbecki, postremo uti vectis in pondus agen-  
do, adversitates pupillae dirimit, ne cornea  
distraheretur et turbaretur. Culter hicce cor-  
neae adpositus sub scissione tunicae hujus non  
conum ad posteriora oculi, uti acus Keratonixa  
e cornea trudit, et sine violentia facili motu  
transgredit.

§ 49.

Alia utimur supellectile pro Coretonecto-  
mia et Coretodialysi et Corectodialysi, quae ni-  
si modificatio prioris est, nempe forceps ex

acu et hamulo exilissimo ad latus acui adaptato in sulcu ejus recondito juncta. Quo evitaremus difficultates, quae forcipem Reisingeri officiunt, id melius rati sumus, ut acus in tergo concava, acie vero convexa esset, eum ad modum vero hamulus ponitur, ut convexitate versus convexam acus aciem spectet, apex autem quo corneae insigitur, concavitatem acus apropinquet; ope fili elastici juncta ferramento acus in facie quae hamulum abscondit aequalis est laevis, nec hamulus planitatem tollit; ideoque in statu naturali, acum solummodo forceps refert, et data opportunitate unum instrumentum duorum i. e. acus, et forcipis vices gerit. et in omnibus indicatis supra circumstantiis et oculi perplexitate, si magis utraeque operationi fidas, ferramentum sat conveniens tibi apparabit. Inde vel per corneam vel scleroticam laborare velles, vel scindere, nexus dirimere, diducere caute et tuto et ad oras vulneris permovere, lentem findere vel eandem servare curares, forceps vel acus sese commendat.

Pro Coretonectomia, ancipiti cultro, quo requiritur loco, vulnus ad duas lineas latum infligatur in cornea oportet, tum immisso apparatu ad finitum tendis terminum, facile se se nempe hæc forceps imo per angustam ca-

meram anteriorem insinuat, quo ventum, obver-  
titur concavitas iridi et hamulus diducitur ab  
acu ope digiti ad manubrium laminam hamu-  
lo propriam prementis, demerguntur apices in  
tunicam, laxatur lamina et hamulus prehensam  
iridis partem acui adpropinquat, prpria vi se-  
se adaptat et forceps in specie acus oculo edu-  
citur, iris vero aut incarceratur, aut forfice  
pro Corectodialysi aut Coretonectomy demitur.

At tamen cavesis per corneam leucomato-  
tosam operaturus, ne pellucidum spatium su-  
perstes, cicatrice futura turbetur. Nec ullum  
discrimen superest, si iris nexa sit cum cornea  
ex aliqua parte, nam acie acus facile connu-  
bium dissueris. Tum praecipue imperat status  
corneae ad  $\frac{3}{4}$  opacatus, salva iride vel lente;  
planities acus nempe non infestat iridem vel  
cristallum antequam jussu operantis moveatur  
hamulus, et ad orbiculum secure procedit cili-  
arem, a ligamento ciliarri iridem amovet, scopo  
ministerium exhibentis congruo, reclinata ad la-  
tus forcipe, ut eodem modo eximeretur oculo  
quo adhibita fuerat.

Si per scleroticam positis indignationibus  
pupillam vicariam tutius semota vel perstante len-  
te ponere velles, demersa acu ac sub depresione  
cataractae, aut ad fundum stratur lens imum ne

visui obex futura esset, et diductis paululum  
brachiis, iris centro acu foratur et ad ligamen-  
tum ciliare procedit, hamulus vero retro iri-  
dem eandem viam perficit, clauduntur brachia  
et iris prehensa intra laminas trahitur.

T H E R A P I A.

§ 50.

Nostra medicatio, quæ ubique in orificio  
pupillaris resarationem sua dirigit auxilia,  
apparatus antiphlogitici colit rationem. Amo-  
veatur æger a dñmno lucis stimulo in cubile  
tranquillum, potius frigidum pro quatuor ad  
quinque dies, et tenebrosum, dorso cubare ju-  
beatur, sublevatis pectore et capite, quin sangu-  
nis lnsus ad superiora vergeret. Quies animi  
corporisque valde ad sanationem faciunt, tum  
ne oculus curiositate aegri aut motu frequenti  
periclitetur, facilia lntea aqua frigida madefacta  
praetenduntur regioni orbitali, sæpeque mutantur  
ut fomes inflammatoria arceatur. Die secunda  
vel tertia post operationem quæ circa margines  
palpebraerum vero nullis emplastris agglutinatos,  
inveniuntur, spongia tepida aqua imbuta la-  
vantur a muco. Primis temporibus aeger anti-  
phlogistice tractatur, quae quidem ad omnis  
constitutionis ed idiosyncrasiae habita coside-

ratione componantur oportet, ne reactio traumatica supereret; Alimenta parca fluida et digestu facilia, quo levius, quae e corpore decidunt, sine nixu et congestione ad caput, evadant. Perspiratio cutis promoveatur, quae circulum laticis vitalis ad omnes corporis partes pellit, quin ad afflictum organon relictis aliis vertatur. Fumigatio vel usus ad membranam Schneideri excitandam nicotianae, ob suetudinem aegroti maxime coerceatur saltem ad plurimas dies necesse.

Quum exactis quadraginta octo horis fluxus humoris aquei cessen, nec alia subveniunt phoenomena periculi nuncii, clausi oculi conditio per decem dies observatur seposito omni pharmaco

Labente vero furtim liquore aqueo post sexaginta horas, æger de dolore conqueritur oculi, aperiantur palpebrae inquirendi ejusdem status causa, nam vexant lacrymae retentae doloreque urgent, effusis, affectio fauste cedit. Octava vel decima die salutant retinam radii, viridi tamen sericeo fracti velo. Effusum sanguinem in suum vasa resorbentia versa sunt emolumentum, quae ultra, si fortiter offenderint visum lentis frustulae, temporis spatio soluta abeunt,

§ 51.

Constat etiam nonnunquam iritidem vel oculi partium recessui posteriori mandatarum inflammationem incedere, ut auxilatio et organon pessumdetur, idque non modo cum prava subjecti constitutione, vero valetudine prospera et vigente, tensio, dolores, pulsationes, calor regionis oculi, si morbus adultior evaserit, vel neglectus aut perverse a male reputata arte tractatus esset, febris uti echo stragis futurae sese clare enunciat. Ne mora fregeris tempus, hirundines angulo interno oculi adponantur sinito, universalisque vasorum sanguiferorum evacuatio » si qualem fieri debeat fiat, confert et facile ferunt. Ed quidem non graviori poena luitur depletio nimia quam pusilla”, quamvis respicere oportet et aetatem et qualis fuerit natura ejus, qui perferet et intensitatem morbi. Neque consentiae ad extremum ducendae, periculosum enim divus fatur senex. Hippoc. aphorism Sect I.

§ 52.

Quae persanato oculo adparent cataractae, singulari artificio tolluntur.

Si proclivitas vicarii luminis in atresiam animadvertisit, instillatio soluti extracti belladonnae eximio, imo vigente processu inflammatorio utitur effectu, corripiuntur sensibiles partes iridis torpore, exserente vi pharmaci narcotica, sistitur nervorum influxus in sistema capillare, hebetatur deprimitur stimulus afluxus sanguinis, arcentur dirissimae exitus inflammationis filiae, nervorumque pasiones minuantur, extinctae disparent.

BIBLIOTEKA  
AKADEMII MEDYCZNEJ  
W LUBLINIE

05329